344

omnibus contrauersijs exceptionibus motionibus apellationibus motionibus dillationibus eorumque ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessis sibi se ulterius sucoresi bis abscribendo.

Grzymek Krasowski Quietatio

Coram officio et actis presentibus Castren. Branscen. personaliter comparens Nobilis Generosus Solomon Abraham Domanowski sanus mente et corpore existens palam recognovit quia Generosum Albertum Grzymek Krasowski Vicesgerentem Terrae Bielscen. et Vicecapitaneum Castren. Branscen. de inscriptione certa modo simplicis debiti inscripta videlicet summa viginti quinque florenorum polonicalium ob sufficientem satisfactionem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuo.

Lukawski Obligatio

Coram officio et actis presentibus personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Alberti Lukawski Camerarius Terrae Bielscen. sanus mente et corpore existens palam recognovit quia Nobili Thomae olim Joannis Lukawski Godeniso et eiusque posteris bonorum suorum immobilium in hered. Lukawska sitorum in campo zarne sex sulcos incipiendo a struga ad granicem Bienska inter metas Skubieysko ex una et successorum olim Joannis Fasca iacentes item in campo Ugerne sex sulcos incipiendo a via strata tendentem usque ad granicem Generosi Brzozowski bona hol ska tenden. inter metas Gubieysko et Stephani Karpek iacen. cum pratis et omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus nullis exceptis in summa viginti quatuor florenorum polonicalium bene usque ad exemptionem obligavit. Cui iam ex nunc situationem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit submittitque se eundem obligatarium possessorem suum occasione premissorum ab omni impedimento cuiusvis sexus status et conditionis teneri defendere eviccere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per suas personas non inviare sub vadio simili summa aliorum viginti quatuor florenorum polonicalium. Et coram officio presenti Castren. Branscen. peremptorie renuntiando omnibus contrauersijs exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus eius poenis se ulterius abscribendo et abrenunciando.

Drozenskich Debitum

Coram officio et actis presentibus Castren. Capitaneus Branscen. personaliter comparens Nobilis Andreas olim Nicolai Drozenski sanus mente et corpore existens palam recognovit quia Nobilibus Hedwigi Barbarae Margarethae filiabus olim Nobilis Alberti Drozenski et eorum posteris tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam septem decem florenorum polonicalium. Quamquidem summam submittit se de omnibus bonis suis successoribus suis inscribit